

EXTRACTO DE LOS COMENTARIOS

DE

CAYO JULIO CÉSAR

SOBRE LA GUERRA CIVIL

I

*Marcha César á Rimini, donde recibe á los comisionados de Pompeyo.
—Resultado de estas conferencias.*

Cognitâ militum voluntâte, Ariminum cum una legiõne profiscitur, ibique Tribunos plebis, qui ad eum confugerant, convenit¹: reliquas legiõnes ex hibernis evocat², et subsequi jubet. Eò L. Cæsar adolescens venit, cujus pater Cæsaris erat legatus³. Is, reliquo sermõne confecto⁴, cujus rei causâ venerat, habere se a Pompeio ad eum privati officii mandata demonstrat⁵: "velle Pompeium se Cæsari purgatum⁶, ne ea, quæ reipublicæ causâ egërit, in suam contumeliam vertat; semper se⁷ Reipublicæ com-

1. *Convenit tribunos plebis*, se avista con los tribunos de la plebe. (El verbo *convenire* con acusativo de persona, ó refiriéndose á un nombre de lugar, tiene la significación que aquí le damos. V. n. 1, pág. 26.)

2. *Evocat ex hibernis*, saca de los cuarteles de invierno.

3. *Legatus Cæsaris*, lugarteniente de César.

4. *Reliquo sermone confecto*, etc., luego que expuso los demás motivos de su venida.

5. *Demonstrat*, etc., le hace presente que Pompeyo le había dado para él una comisión particular.

6. *Pompeium velle se purgatum Cæsari*, que deseaba Pompeyo verse justificado á los ojos de César. (Con los determinantes *volo, nolo, malo, cupio, oportet*, la proposición infinitiva está elegantemente representada por el acusativo del participio de pretérito, llamado por elipsis el auxiliar *esse*. El sentido de estas locuciones equivale entonces al castellano *ver* en frases como la siguiente: Deseamos *ver* asegurada la suerte de nuestros hijos, sólo por su bien: *Liberis consultum volumus propter ipsos*. Cic.)

7. *Semper se*, etc., que siempre había mirado los intereses de la república como preferibles á los respetos particulares.

mõda privatis necessitatibus habuisse potiõra; Cæsarem quoque pro sua dignitate¹ debere et studium, et iracundiam suam Reipublicæ dimittere², neque adeò graviter irasci inimicis, ne cum illis nocere se speret, Reipublicæ noceat. Pauca ejusdem genëris addit cum excusatione Pompeii conjuncta. Eadem ferè, atque iisdem diebus prætor Roscius agit cum Cæsare, sibi que Pompeium commemorasse demonstrat. Quæ res etsi³ nihil ad levandas injurias pertinere videbantur; tamen idoneos nactus homines, per quos ea, quæ vellet, ad eum perferrentur, petit ab utroque, quoniam Pompeii mandata ad se detulerint, ne graventur⁴ sua quæ ad eum postulata deferre, si parvo labore magnas controversias tollere, atque omnem Italiam metu liberare possent: "Sibi semper⁵ Reipublicæ primam fuisse dignitatem, vitæque potiõrem; doluisse se⁶ quod populi Rom. beneficium sibi per contumeliam ab inimicis extorqueretur, ereptoque semestri imperio, in urbem retraheretur⁷; cujus absentis⁸ rationem haberi proximis comitiis populus jussisset; tamen hanc honoris jacturam sui Reipublicæ causâ æquo animo tulisse: cum litteras ad senatum miserit, ut omnes ab exercitibus discederent, ne id quidem⁹ im-

1. *Pro sua dignitate*, cual cumplía á su dignidad.

2. *Dimittere*, etc., sacrificar sus aspiraciones y resentimientos en obsequio de la república.

3. *Quæ res etsi*, etc., y aunque al parecer de nada servía esto para atenuar los agravios que se le habían hecho.

4. *Ne graventur*, que no rehusen tampoco hacer presentes á Pompeyo sus pretensiones.

5. *Sibi semper*, etc., que siempre había profesado el principio de que todo, inclusa la vida, debía sacrificarse al decoro de la república.

6. *Doluisse se*, etc., le había sido muy sensible el que sus enemigos personales le hubiesen arrancado ignominiosamente el derecho que le asistía, debido á un beneficio del pueblo. (El verbo *extorqueretur* expresa á lo vivo la idea de la violencia: *detraheretur* sería menos fuerte.)

7. *Retraheretur*, se le hiciese volver á la fuerza. (*Dice retraheretur* para significar que se le obligaba á ir á la fuerza: *evocaretur* daría á entender simplemente que se le llamaba á Roma.)

8. *Cujus absentis*, etc., y que hallándose fuera de Roma, había mandado el pueblo que se le tuviese en consideración en los próximos comicios.

9. *Ne id quidem impetravisse*, ni aun eso había podido conseguir. (*Quidem*, separado de *ne* por la interposición de otra palabra, denota encarecimiento. Su sentido en tales ocasiones es igual al del castellano *ni aun siquiera*.)

petravisse: totâ Italiâ delectus haberi, retineri legiones duas, quæ ab se simulatione¹ Parthici belli sint abductæ: civitatem esse in armis. ¿Quoniam² hæc omnia, nisi ad suam perniciem pertinere? Sed tamen ad omnia se descendere paratum³, atque omnia pati Reipublicæ causâ. Proficiscatur Pompeius in suas provincias; ipsi exercitus dimittant; discendant in Italia omnes ab armis; metus e civitate tollatur; libera comitia atque omnis Respublica Senatui, Populoque Romano permittatur. Hæc quò facilius, certi-que conditionibus fiant, et jurejurando sanciantur, aut ipse propius accedat, aut se patiatur accedere. Fore⁴, uti per colloquia omnes controversiæ componantur.,,

II

Respuesta de los cónsules á las proposiciones de César.— Propónente ellos condiciones poco favorables, que no admite.—Resultado de estas contestaciones.

Acceptis mandatis, Roscius cum L. Cæsare Capuam pervenit, ibique consules, Pompejumque invenit. Postulata Cæsaris renunciat⁵. Illi, re deliberata⁶, respondent, scriptaque ad eum man-

1. *Simulatione*, bajo el pretexto (*Simulatio* es la ficción de una cosa que no existe; *dissimulatio*, el arte de ocultar lo que existe).

2. *Quoniam*, etc., qué fin podían proponerse con todas estas cosas, sino perderle?

3. *Paratum descendere ad omnia*, pero que estaba dispuesto á conformarse con cualquier partido, y hacer los mayores sacrificios por respeto á la república.

4. *Fore, uti*, etc., que teniendo una entrevista con Pompeyo, vendrían á arreglarse todas sus diferencias. (Nótese esta manera de decir. Los latinos emplean la circunlocución *fore ó futurum ut...* para designar la esperanza, opinión ó probabilidad: de ahí es que estas frases no excluyen el temor de que suceda lo contrario de lo que se afirma. Si hubiera dicho *omnes controversias componendas esse*, designaría la futuriación del hecho, modificada por la idea de una obligación, deber ó necesidad: diciendo *compositum iri*, daría á entender que llevaban camino de arreglarse sus diferencias; es decir, expresaría una época más próxima y un resultado más seguro.)

5. *Renunciat postulata Cesaris*, les da cuenta de las pretensiones de César. (Dice *postulata*, porque se trata de una demanda que se cree fundada en derecho. Vid. not 3, pág. 64.)

6. *Re deliberata*, después de haberlo discutido.

dãta per eos remittunt, quorum hæc erat summa¹: "Cæsar in Galliam reverteretur, Arimino excederet, exercitus dimitteret. Quæ si fecisset, Pompeium in Hispanias iturum. Interea, quoad fides esset data Cæsarem facturum quæ polliceretur², non intermissuros consules Pompejumque delectus.,. Erat iniqua conditio postulare, ut Cæsar Arimino excederet, atque in provinciam reverteretur; ipsum et provincias, et legiones alienas tenere; exercitum Cæsaris velle dimitti; delectus habere; polliceri, se in provinciam iturum, neque ante quem diem iturus sit definire³; ut si peracto Cæsaris consulatu Pompeius profectus non esset, nullã tamen⁴ mendacii religione obstrictus videretur. Tempus verò colloquio non dare, neque accessurum polliceri, magnam pacis desperationem affererat. Itaque ab Arimino M. Antonium cum cohortibus quinque Aretium mittit; ipse Arimini cum duabus legionibus subsistit; ibique delectum habere instituit⁵. Pisaurum, Fanum, Ancōnam singulis cohortibus occupat. Interea certior factus Iguvium Thermum prætorem cohortibus quinque tenere, oppidum munire, omniumque esse Iguvinorum optimam erga se⁶ voluntatem, Curionem cum tribus cohortibus, quas Pisauri et Arimini habebat, mittit. C. jus adventu cognito, diffusus municipii voluntati⁷ Thermus cohortes ex urbe educit, et profugit; milites in itinere ab eo discedunt⁸, ac domum revertuntur. Curio om-

1. *Quorum hæc erat summa*, que estaban reducidos á lo siguiente

2. *Quoad fides data esset Cæsarem facturum quæ polliceretur*, hasta que César no empeñase su palabra de cumplir lo prometido..., (Dice *polliceretur*, porque se trata de una promesa espontánea, hecha libremente por César. *Pollicemur*, de nuestra propia voluntad: *Pro mittimus* accediendo á los ruegos de otro.)

3. *Neque definire*, etc., y no señalar para qué tiempo había de ir. (La preposición *ante* tiene aquí el mismo sentido que *ad ó intra*.)

4. *Nullã tamen*, etc., no se le podrían hacer cargos de haber faltado á su juramento.

5. *Instituit habere delectum*, resuelve juntar gente. (*Delectus*, leva ó alistamiento de gente para la milicia.)

6. *Optimam erga se voluntatem*, etc., y que todos los Ugubianos le eran muy adictos.

7. *Diffusus voluntati municipii*, desconfiando de la adhesión de aquel municipio. (El complemento regular del verbo *diffidere* es un dativo; rarísima vez se halla con ablativo. No así el simple *fido*, que con los nombres de personas no suele llevar sino dativo, mas con los de cosas toma cualquiera de los dos. La misma construcción tiene *confido*.)

8. *Discedunt ab eo*, se le desiertan.

nium summâ voluntate Iguvium recipit. Quibus rebus cognitis, confisus municipiorum voluntatibus Cæsar, cohortes legionis XIII ex præsiidiis deducit, Auximumque proficiscitur; quod oppidum Actius cohortibus introductis tenēbat, delectumque Picēno, circummissis senatoribus ¹, habēbat. Adventu Cæsaris cognito, Decuriones Auximi ad Actium Varum frequentes conveniunt ²: docent, "sui iudicii rem non esse ³; neque se, neque reliquos municipales pati posse, C. Cæsarem imperatorem, bene de Republica meritum ⁴, tantis rebus gestis, oppido mœnibusque prohiberi ⁵; proinde habeat rationem posteritatis ⁶, et periculi sui. Quorum oratione permotus Actius Varus præsidium, quod introduxerat, ex oppido educit, et profugit. Hunc ex primo ordine ⁷ pauci Cæsaris consequuti milites, consistere cogunt: commissoque prælio, deseritur a suis Varus; nonnulla pars militum domum discedit; reliqui ad Cæsarem perveniunt: atque unâ cum iis deprehensus L. Pupius primipili centurio ⁸ adducitur, qui hunc eundem ordinem in exercitu Cn. Pompeii antea duxerat. At Cæsar milites Actianos collaudat, Pupium dimittit, Auximatibus agit gratias, seque eorum ⁹ facti memorem fore pollicetur.

1. *Senatoribus circummissis*, habiendo enviado al efecto los senadores á los pueblos circunvecinos. (Nótese la fuerza de la preposición componente.)

2. *Conveniunt frequentes*, se presentan en gran número. (Vid. not. 2, pág. 75, y not. 1, pág. 206.)

3. *Non esse rem iudicii sui*, que á ellos no les tocaba juzgar.

4. *Bene de Republica meritum*, que tantos servicios había prestado á la república. (*Bene* está separado de *meritum* por una elegante trasposición.)

5. *Prohiberi oppido, mœnibusque*, encontrase resistencia para entrar en la población.

6. *Habeat rationem posteritatis*, etc., que reflexione lo que diría de él la posteridad, y el peligro á que se exponía. (*Habere rationem alicujus rei*, tener en cuenta ó en consideración alguna cosa.)

7. *Ex primo ordine*, de la vanguardia. (A la letra: de la primera fila.)

8. *Centurio primipili*, primer comandante de los triarios.

9. *Se fore memorem facti*, etc., prometiéndoles tener presente su buen comportamiento.

III

Combate naval, en el que pelean valerosamente los Marselleses.—Los soldados de César construyen una torre y hacen otras obras para rechazar al enemigo.—Descripción de sus fortificaciones.—Los enemigos tratan de destruir las máquinas hechas por los Cesarianos.

Commisso prælio, Massiliensibus res nulla ad virtutem defuit: sed memores eorum præceptorum, quæ paulò ante ab suis acceperant, hoc animo decertabant ¹, ut nullum aliud tempus ad conandum habituri viderentur; et quibus ² in pugna vitæ periculum accidēret, non ita multò ³ se reliquorum civium fatum antecedere existimarent, quibus, urbe capta, eadem esset belli fortuna patiēda: deductisque nostris paulatim ⁴ navibus, et artificio gubernatorum movilitati navium locus dabatur, et, si quando nostri ⁵ facultatem nacti, ferreis injectis manibus navem religaverant, undique suis laborantibus succurrēbant ⁶. Neque verò, conjunctis Albicis, cominus ⁷ pugnando deficiēbant, neque multum cedēbant virtute nostris. Simul ex minoribus navibus magna vis eminus missa telorum ⁸ multa nostris de improviso imprudentibus, atque impeditis ⁹ vulnera inferēbat; conspicatæque naves trirēmes duæ navem D. Bruti, quæ ex signo facillè agnosci poterat, duabus ex partibus sese in eam incitaverant; sed tantum, re provisâ, Brutus celeritate navis enixus est ¹⁰, ut parvo momento antecederet.

1. *Decertabant hoc animo*, etc., peleaban con ardimiento, como si, malograda esta ocasión, hubieran de ser ya inútiles todos sus esfuerzos.

2. *Et illi quibus periculum*, etc., y hacían cuenta de que, muriendo en el combate, no harían sino anticiparse por muy poco tiempo á la suerte de los demás ciudadanos.

3. *Non ita multò*. (Nótese esta locución eminentemente latina. El abverbio *ita* suele interponerse entre el negativo *non* y *multò*, *pridem*, *dudum*, constituyendo una locución adverbial sumamente expresiva. Su verdadero oficio es encarecer lo que se dice.)

4. *Deductis paulatim*, apartadas poco á poco.

5. *Si quando nostri*, si alguna vez los nuestros, presentándoseles ocasión...

6. *Succurrēbant suis navibus laborantibus*, acudían á dar auxilio á sus naves cuando peligraban.

7. *Cominus*, de cerca... *eminus*, de lejos.

8. *Magna vis telorum*, una nube de dardos.

9. *Imprudentibus atque impeditis*, desprevenidos y embarazados.

10. *Enixus est tantum celeritate navis*, bogó con tal ligereza...

Illæ adeò graviter inter se incitâtæ conflixerunt, ut vehementissimè utræque ex concursu laborarent ¹; altèra verò, perfracto rostro ², tota collabefieret. Qua re animadversa, quæ proximæ ei loco ex Bruti classe naves erant, in eas impeditas impetum raciunt, celeriterque ambas depriment. Sed Nasidiânæ naves nulli usui fuerunt ³, celeriterque pugnâ excesserunt. Non enim hæc aut conspectus patriæ, aut propinquorum præcepta ad extrêmum vitæ pericûlum adire cogebant. Itaque ex eo numëro navium nulla desiderata est: ex Massiliensium classe quinque sunt depressæ, quatuor captæ, una cum Nasidiânis profugit, quæ omnes citeriorem Hispaniam petiverunt. At ex reliquis una præmissa Massiliam, hujus nunciî perferendi gratiâ ⁴, cum jam appropinquaret urbi, omnis sese multitudo ad cognoscendum effudit ⁵: ac, re cognita, tantus luctus excepit, ut ⁶ urbs ab hostibus capta eodem vestigio videretur. Massilienses tamen nihilo segnius ⁷ ad defensionem urbis reliqua apparare cœperunt. Est animadversum ab legionariis, qui dexteram partem operis administrabant, ex crebris hostium eruptionibus magno sibi esse presidio posse ⁸, si pro castello ac receptaculo turrim ex latere sub muro fecissent, quam primò ad repentinos incursus humilem, parvamque ⁹ fecerant. Huc se referbant: hinc, si qua major oppresserat vis, pro-

1. *Utræque laborarent vehementissimè ex concursu*, las dos quedaron muy malparadas de aquel choque.

2. *Rostro perfracto*, etc., rota la proa, se abrió enteramente.

3. *Nulli usui fuerunt*, ningún servicio prestaron, de nada sirvieron.

4. *Gratiâ hujus nunciî perferendi*, á llevar esta noticia.

5. *Omnis multitudo effudit sese ad cognoscendum*, despoblóse la ciudad, acudiendo todos al puerto para enterarse de las nuevas que traía.

6. *Tantus luctus excepit eos, ut*, etc., empezaron á llorar tan amargamente, que nadie diría sino que en aquel mismo instante acababa de apoderarse de la ciudad el enemigo. (En *vestigio* falta el genitivo *temporis*, oculto por elipsis.)

7. *Nihilo segnius cœperunt*, etc., no por eso anduvieron menos diligentes en disponer todo lo necesario para la defensa.

8. *Posse esse magno presidio sibi*, etc., que para guarecerse y quedar á cubierto en las frecuentes salidas que hiciera el enemigo, les sería muy útil levantar al pie del muro una torre de ladrillo. (El sujeto de la proposición infinitiva *posse*, es la subordinada *si... fecissent*. La preposición *ex*, en es e pasaje, denota tiempo; y *sub*, proximidad: *ex crebris eruptionibus*, como si dijera: *cum crebras facerent eruptiones; sub muro*, esto es, *prope murum*.)

9. *Humilem, parvamque*, baja y reducida. (Vid. not. 7, pág. 120.)

pugnabant: hinc ad repellendum et prosequendum hostem procurrebant. Patēbat hæc ¹ quoque versus pedes triginta, sed parietum crassitudo pedes quinque. Postea verò, ut est rerum ² omnium magister usus, hominum adhibitâ solertiâ, inventum est, magno esse usui posse, si hæc esset in altitudinem turris elata. Id hac ratione perfectum est. Ubi turris altitudo perducta est ad contabulationem ³, eam in parietes instruxerunt ⁴, ita ut capita tignorum extréma parietum structurâ tegerentur; ne quid emineret, ubi ignis hostium inhaeresceret. Hanc insuper contignationem, quantum tectum plutei, ac vinearum passum est, laterculo adstruxerunt ⁵, supræque eum locum duo tigna transversa injecerunt non longè ab extrémis parietibus, quibus suspenderent eam contignationem, quæ turri tegumento esset futura: supræque ea tigna directo transversas trabes injecerunt, easque asseribus ⁶ religaverunt. Has trabes paulò longiores, atque emi-

1. *Patēbat hæc*, etc., cada lienzo de esta torre tenía treinta pies, de latitud, y sus paredes cinco de espesor.

2. *Ut est rerum*, etc., la experiencia, que es la maestra de todo, cuando está acompañada del ingenio del hombre, les hizo ver que sería muy conveniente, etc.

3. *Ad contabulationem*, al primer piso.

4. *Eam in parietes*, etc., colocaron las puntas de los maderos dentro de las paredes, quedando cubiertas con la fábrica, para que de esta suerte no pudiera cebarse en ellos el fuego que arrojara el enemigo.

5. *Adstruxerunt opus laterculo insuper hanc contignationem, quantum tectum plutei ac vinearum passum est*: encima de este maderaje fueron levantando la fábrica de ladrillo hasta donde se lo permitía la altura de los cobertizos y parapetos. (Los antiguos usaban de varias máquinas para batir las murallas y ponerse en sus obras á cubierto de los tiros de los enemigos. Las principales eran las llamadas *testudo*, *musculus*, *crates*, *vineæ*, *pluteus*, *catapulta*, *balista*. La *testudo* era compuesta de maderos muy fuertes para resistir á los golpes contrarios, cubierta de pieles crudas, y con ciertas preparaciones para evitar el fuego. Su altura era de 12 pies, su forma cuadrada, y de 25 pies sus lados. Conducíanla por medio de ruedas: se formaba una línea de ellas cerca del foso, y los soldados que iban debajo tenían el cargo de terraplenarle y zapar la muralla. El *musculus*, *crater*, *vineæ*, *pluteus*, eran especie de tortugas, que tenían el mismo objeto, tomando estos nombres de las figuras que representaban.—La *catapulta* y *balista* servían para arrojar á una gran distancia piedras enormes, flechas y fuegos.)

6. *Asseribus*, con abrazaderas.

mentiores, quam extrēmi parietes erant, effecerunt; ut esset ubi tegumenta præpendere possent, ad defendendos ictus ac repellendos, dum inter eam contignationem parietes extruerentur; eamque contabulationem summam lateribus, lutōque constraverunt²; ne quid ignis hostium nocere posset; centonesque insuper iniecerunt, ne aut tela tormentis missa tabulationem perfringerent, aut saxa ex catapultis lateritium discuterent³. Storeas autem⁴ ex funibus anchorariis tres in longitudinem parietum turris, latas quatuor pedes, fecerunt; easque ex tribus partibus, quæ ad hostes vergēbant, eminentibus trabibus circum turrim præpendentes religaverunt⁵, quod unum genus tegumenti aliis locis erant experti nullo telo, neque tormento transjici posse.

Ubi verò ea pars turris, quæ erat perfecta, tecta atque munita est ab omni ictu hostium, pluteos ad alia opéra adduxerunt: turris tectum per se ipsum prehensionibus ex contignatione prima suspendere, ac tollere cœperunt⁶; ubi quantum storearum demissio⁷ patiebatur, tantum elevabant. Intra hæc tegumenta abditi atque muniti, parietes lateribus extruebant: rursusque aliâ prehensione ad ædificandum sibi locum expediabant⁸. Ubi tempus alterius contabulationis videbatur, tigna item ut primò tecta extrēmis lateribus instruēbant, exque ea contignatione rursus summam contabulationem, storeasque elevabant. Ita tutò, ac sinè ullo vulnere ac periculo sex tabulata exstruxerunt, fenestrasque⁹, quibus in locis visum est, ad tormenta mittenda¹⁰ in struendo¹¹

1. *Ut esset locus ubi*, etc., para tener un sitio donde poder colgar las cubiertas.

2. *Constraverunt*, le cubrieron con barro y ladrillo.

3. *Discuterent lateritium*, no deshiciesen el enladrillado.

4. *Storeas autem*, hicieron tres esteras con los cables ó maromas de las áncoras.

5. *Religaverunt*, etc., y las amarraron ó afianzaron á los cuartos que habia alrededor de la torre, dejándolas colgando.

6. *Cœperunt suspendere ac tollere*, etc., empezaron á mantener y levantar el último techo con garruchas desde el primer piso. (*Prehensio* era una especie de máquina ó torno de que se servían para levantar peso.)

7. *Quantum demissio*, etc., cuanto lo permitían las esteras colgantes.

8. *Expediebant*, etc., se ponían á cubierto para edificar otro trecho.

9. *Fenestras*, troneras.

10. *Ad tormenta mittenda*, para hacer sus disparos.

11. *In struendo*, al tiempo mismo que iban edificando.

reliquerunt. Ubi ex ea turri, quæ circum essent opéra tueri se posse confisi sunt, musculum pedum sexaginta longum ex materia bipedali¹, quem a turri lateritia ad hostium turrim, murumque perducērent, facere instituērunt: cujus musculi hæc erat forma. Duæ primùm trabes in solo æquè longæ, distantes inter se pedes quatuor, collocantur, inque eis² columnellæ pedum in altitudinem quinque defiguntur. Has inter se capreolis molli fastigio³ conjungunt, ubi tigna, quæ musculi tegendi causâ ponant, collocentur. Eò super tigna bipedalia injiciunt, eaque laminis, clavisque religant⁴. Ad extrēmum musculi tectum, trabesque extrēmas, quadratas regulas quatuor patentes digitos defigunt, quæ latères, qui super musculo struantur contineant⁵. Ita fastigiato, atque ordinatim structo, ut trabes erant in capreolis collocatæ lateribus lutōque musculus, ut ab igne, qui ex muro jaceretur, tutus esset, contegitur; supra latères coria inducuntur⁶, ne canalibus aqua immissa latères diluere posset. Coria autem, ne rursus igni ac lapidibus corrumpantur, centonibus⁷ conteguntur. Hoc opus omne, tectum vineis, ad ipsam turrim perficiunt; subitoque, inopinantibus hostibus, machinatione navali, phalangis subjectis⁸, ad turrim hostium admōvent, ut ædificio jun-

1. *Bipedali*, de dos pies. (Palabra compuesta de *bis* dos veces, y *pes* el pie.)

2. *Inque eis*, y sobre estas vigas se fijan unos pies derechos de cinco de altura. (*Columnellæ* ó *columellæ*, diminutivo de *columna*.)

3. *Capreolis molli fastigio*, con abrazaderas en forma de arcos. (*Capreoli* son unos maderos encorvados por las dos puntas y colocados entre los pies derechos para asegurarlos é impedir que se tuerzan.)

4. *Religantque eas laminis, clavisque*, y las amarran con planchas y clavos.

5. *Quæ contineant*, etc., para que sostengan el enladrillado que debia ir encima del musculo. (*Quæ contineant*, igual á *ut ea contineant*. Vide nota 3, pág. 74.)

6. *Coria inducuntur*, cubren los ladrillos con cueros.

7. *Centonibus*, con colchados. (Eran una especie de mantas burdas, compuestas de varias jergas de lana unidas entre sí, con las cuales cubrían las máquinas para preservarlas de los fuegos del enemigo y hacerlas impenetrables á sus tiros.)

8. *Phalangis subjectis machinatione navali*, puestos debajo unos rodillos, artificio usado en la marina. (*Machinatione*, caso de aposición en concordancia con *phalangis*, como si dijera: *phalangis subjectis*, quæ sunt, ó quæ est *machinatio navalis*. En otros lugares emplea César la palabra *scutulis* para expresar la misma idea que con *phalangis*. Uno y otro nombre se toman por los rodillos, esto es, unos

gātur¹. Quo malo perterriti subitō oppidāni, saxa quāmaxima possunt vectibus promovēnt², præcipitatāque muro³ in muscūlum devolvunt. Ictum firmitas materiæ sustinet; et quidquid incidit, fastigio muscūli delabitur. Id ubi vident, mutant consilium, cupas⁴ tæda ac pice refertas incendunt, easque de muro in muscūlum devolvunt. Involūtæ labuntur⁵, delapsæ ab lateribus, longuriis furcisque⁶ ab opère removenitur. Intērim sub muscūlo milites vectibus infima saxa turris hostium, quibus fundamenta continebantur⁷, convellunt. Muscūlus ex turri lateritia a nostris telis tormentisque defenditur; hostesque ex muro, ac turribus submoventur. Non datur⁸ libéra muri defendendi facultas. Compluribus jam lapidibus ex ea, quæ suberat, turri subductis, repentinā ruīnā pars ejus turris⁹ concidit; pars reliqua consēquens procumbēbat¹⁰.

IV

Quieren capitular los enemigos, y piden rendidamente á los legados de César que aguarden á que éste llegue antes de entrar en la ciudad.— Acceden á sus deseos, pero faltando los sitiados á lo pactado, hacen una salida, y pegan fuego á las obras de los Cesarianos.— Repone Trebonio las máquinas destruidas.

Tum hostes, turris repentinā ruīnā commōti inopinātō malo palos redondos y fuertes, que se hacen rodar por la tierra para arrastrar sobre ellos con más facilidad las cosas de mucho peso. De esta especie de máquina se sirven en los astilleros para botar las naves al agua, y á eso alude el *machinatione navali*. *Phalangis* sólo se usa en el plural; *phalangæ, arum*.)

1. *Ut jungatur ædificio*, hasta tocar con el muro.
2. *Promoven vectibus saxa, quāmaxima possunt*, mueven con barras ó palancas las más grandes piedras que pueden. (Párese la atención en este notable modismo. ¿En qué palabra se apoya el verbo *possunt*? he aquí el análisis gramatical: *promoven vectibus saxa tam magna, quāmaxima possunt* promovere. El *quāmax* con el *possunt* sirve para aumentar la fuerza del superlativo.)
3. *Præcipitataque*, y echándolas del muro abajo, las dejan caer sobre el músculo.
4. *Cupas*, barriles llenos de teas y pez.
5. *Involūtæ labuntur*, luego que caen sobre el músculo resbalan en su cubierta. (Como que no era plana, sino arqueada, según se ha visto.)
6. *Longuriis, furcisque*, con varales y hocquillas.
7. *Quibus fundamenta continebantur*, que formaban los cimientos.
8. *Non datur*, etc., ya no les dejan defender el muro libremente.
9. *Pars ejus turris* etc., desplomóse repentinamente un lienzo de aquella torre.
10. *Procumbēbat*, amenazaba ruina.

turbati, deōrum irā perculti¹, urbis direptionē perterriti, inermes cum infūlis² sese portā foras universi proripiunt, ad legātos, atque exercitum supplices manus tendunt. Quā novā re oblātā, omnis administratio³ belli consistit: militesque aversi a prælio⁴ ad studium audiendi et cognoscendi feruntur. Ubi hostes ad legātos, exercitumque pervenerunt, universi se ad pedes projiciunt: orant, "ut adventus Cæsaris exspectētur, captam suam urbem vidēre: opēra perfecta, turrim subrūtā; itāque a defensionē desistere: nullam exoriri⁵ moram posse, quominus cum venisset, si imperāta non facērent, ad nutum e vestigio diriperentur. Docent. si omnino turris concidisset, non posse milites continēri, quin spe prædæ in urbem irrumpērent, urbemque delērent." Hæc, atque ejusdem genēris complūra, ut ab hominibus doctis⁶, magna cum misericordia⁷ fletūque pronunciantur. Quibus rebus commōti legāti, milites ex opère dedūcunt, oppugnationē desistant, operibus custodias relinquunt. Induciārum quodam genēre misericordiā facto, adventus Cæsaris exspectatur. Nullum ex muro, nullum a nostris mittitur telum. Ut re confecta⁸, omnes curam et diligentiam remittunt. Cæsar enim per littēras Trebonio magnopère mandaverat, ne per vim oppidum expugnāri paterētur; ne gravius permōti⁹ milites, et defectiōnis odio, et contemp-

1. *Perculti irā deorum*, lleno de consternación al ver irritados á los dioses.
2. *Inermes cum infulis*, desarmados y con vendas á la cabeza. (La preposición componente es privativa: *inermes*, esto es, *sine armis*. Las infulas eran una especie de faja ó turbante que solían, entre otros llevar á la cabeza los rendidos en señal de pedir la paz.)
3. *Omnis administratio*, etc., se suspenden las hostilidades.
4. *Aversi a prælio*, etc., dejando el combate entran en deseos de oír y saber lo que decían. (El verbo *feruntur* expresa perfectamente la curiosidad de los soldados: los presenta como incapaces de resistir al movimiento de su ánimo.)
5. *Nullam exoriri*, etc., que si faltaban á la obediencia, entregasen la ciudad al saco sin dilación alguna á voluntad de César, luego que llegase.
6. *Ut ab hominibus doctis*, como gentes amaestradas. (*Ut* tiene aquí el mismo sentido que *tamquam*.)
7. *Magna cum*, etc., con palabras muy lastimeras, acompañadas de lágrimas. (*Magna cum*, en lugar de *cum magna*, anástrofe.)
8. *Ut re confecta*, como en negocio concluido, todos se presentan menos celosos y diligentes.
9. *Permoti gravius*, exasperados.